



Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinj Ordinis
Vetustissimi Amplissimique, Nostra, ac supera ætate
Immarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.D.CII: Sancti Patris Benedicti. M.CXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

bernos suos lucraretur, ad multorum fervatus salutem, et si mille periculis obnoxius, & jam aliquando captus, sed dimissus, nihil sibi magis à Numine expetire, quam mille modis pro Christi nomine pati, vitamque cum sanguine, per summa & diuturna finire tormenta, illa cum Ignatio Antiocheno identidem ferventissimo af-

quo brevi elogio monimenta ejusdem Canobij: Vir sancte Conversationis, Consolator afflictorum, Solatium pauperum. Nec video quid porro à nobis attendendum. Obiit Coloniae 19. Decembris in Collegio Patrum Societatis Jesu, quibus impensè favit, & ab ipsis merito dilectus plurimum & honoratus fuit.

I E S U C H R I S T I A N N U S . M . D C . II .
S a n c t i P a t r i s B e n e d i c t i . M . C . X X I I .

S U M M O Regis totiusque Regni Galliae luceti mortalitati huic valedit, dignissima pridem felicissimâ immortalitate, sanctæ memorie Renata Senior, & Ducibus Lotharingia Guifia Duciss, Abbatissâ meritissima Sancti Petri Remensis, Princeps verè serenissima, in qua nihil non dignum Principe, immo dignissimum æternitate apparebat, & revera æternorum potius desiderio, & sponsi Christi inflammatu amoribus consumi est vita, cum in fine superioris anni, ipso solemnissimo Natali Christi Fefto, Divinis officijs solida pietate operam daret, de repente deliquiu[m] passa, sensuumque usu protinus destituta, in oratorium deferretur. Jbi cum ad mentem rediret: haud scio, inquit, quo evaserim? verum Angelorum suavissimæ Musicae jucundissimè interfui. His quippe prælibata felicitatis æterna delicijs, par. fuit eam recreari, quæ brevi ad Fontem ipsum assumenta, eadē plane cum ipsis cœlitibus pascenda & potesta erat gaudiorum æternorum voluptate. Debuit etiam particeps fieri saeculari hilaritatis & lætitiae nati Salvatoris, quæ tanto Divinæ benignitatis Mysterio, cunisque amantissimi pueri, amabilis per totam vitam, tota Religione tenerrimâ, & devotione incredibili adhaesit. Eo superni amoris vulnere saucia, divinis proi[st]is inhibans & terrena omnia illustri contemptu aspernata, languore coepit ad mortem, cuius ope, solutis mortalitatis vinculis, octogenaria in coelos evolavit, vigesima tertia Aprilis, anni 1602. Praelatura sexagesimi, Sacramentis omnibus iuncta, & Vita sanctimoniam quam sanguine Illustrior, funere regis pompa & splendore, celebrato. Ex Vita ejusdem. Succedit, Rege hoc vel maxime probante Renata Junior, nep-

Insignia &
rum gene-
rositas.

fectu congenitans: Ignis, Crux, Besie, Confractio ossium, membrorum divisio, & totius corporis contritus, & tota tormenta Diaboli in me venient, tantam ut Christo fruar, &c. Talis nimurum Candidus noster fuit, nec Voto folo, sed verè merito suo Martyr, quem tamen ipsa reverita impietas, in homine Dei Angelum respexit; quem Deus hoc ipso tempore, stupenda prorsus miraculorum gloria etiam hostibus fidei Venerabilem reddidit. Illud unice dolens ipse, honorari, cum pati supplicia & mortem maller, in seipsum tanto crudelior fuit, ipse summet carnifex corporis, quod omnis generis tormentis affectit. Lubet ex Synchro[n]o, & rerum ipsius conscio, nocturna solum ejus exercitia (totum enim diem proximorum & animi & corporis salutis dabant) ipiusmet scriptoris verbis in-

Eiusdem
vita obiter
descripta.

ferre: Horâ decimâ Vespertinâ in cubicula secundum secedens, diu satis orationi vacabat; postea parum quiescebat: deinde duodecimâ surgens, orationi iterum intendebat, maximeque Passio Christi meditationi, quam acerrima disciplina sequebatur, qua totum pavimentum sanguine conspergebat, Tum Matutinas preces recitabat, usque ad secundam horam, deinde usque ad quartam aliquam corpori quietem dabant. Horâ decima antemeridiana (ut etiam aliquid de die memoreremus) summa cum devotione Missam celebrabat, maximâ populi confluente multitudine. Post quam, facta per medium horam Gratiarum actione, prodibat in publicum, ubi plurimos ad fidem Catholicam sua prædicatione convertebat, multis in corpore sanabat. Cibus ejus & potus cervisia, & panis, ac legumina aliqua, que circa Vesperam, perle, & Horis, & tempore in oratione transacto, sumebat.

Theodorus
Abb. Glad-
baco.

In Germania Monasterio Gladbachensi mortalitatem exuit hoc anno Venerabilis ejus loci Abbas Theodorus Hulsen, Dalensis patria, singulare Ordinis, & patriæ suæ ornamentum; de-

V. Renata
Senior Dot.
Lothar. &
Abbas,

Musican
Angelican
audiat.

Mors sau-
digissima.

R E D I V I V U S.

tis Senioris, nisi omnino Vitæ sanctitatem, de qua suo loco inferius.

Missus hoc ipso anno Beatae memoriae Thomas Lombardus Superatenris in Hispania Monachus, vir illuminatus & Fidei propagandæ Zelo ferventissimus, plurimis quamprimum argumentis, & exemplis præstans illis, cœlo terrisque fervorem suum comprobavit. Admirandum omnino hoc, quod solo accensissimus Numinis Amore, contemptis mille mortis periculis in solemnitatem tota Orbe Catholicis Corporis Christi Festivitate, stupentibus non minus Catholicis, quam Hæreticis, durante etiamnum crudelissimo Jezabelis Anglicæ imperio & Regno est ausus. Cum enim prius pro concione, admirabilem illum & inexplicabilem Christi Domini in Sacrofaneo Altaris Eucharistico

Sacramento, donationem, imperitio nem, & præsentiam, mirifico Spiritus affectu, gratioſiſſime depredicauit, ornante prius Catholicos, verbis efficacissimis, ad mortem ipsam, pro tanto Myſterij confessione, alacriter subeundam concitasset, stupenda fide magnanimitate, tota fidelium plebe præcedente, & omnibus Religiosorum Ordinibus comitantibus, sacerdotalibus ipſe induitus vestibus, magna cum solemnitate, Sacrosanctum Christi Corpus publicè, per præcipuas Urbis Waterfordiensis plateas circumuluit, Hæreticis minantibus, frementibus, simulque obſtupescientibus, harrentibus tamen (Divina procul dubio virtute territis ac prohibitis) nihilque contra Monachum nostrum, ejusque Sodales, eti vellent, attentre audentibus. Ut nihil modo de ceteris ejus generofiſſimè pro Catholica Religione gestis memoremus; pateatque ex hoc unico exemplo, quanta alacritate nostri, Apostolico succensi Zelo, in conservatione fidelium, infidelium Anglorum conversione laboraverint, suas quotidie animas, non pro Amicis solum suis, sed juraſiſmis etiam hostibus alacriter ponentes, si quos possent ad viam Veritatis reducere, & Christo lucrari. Ex vita.

Balthasar Abb. Ful densis refutator. Haud minora primævæ Christianorum persecutionis passus Illustrissimus & Celerrimus Princeps noster. Balthasar à Dermbach Abbas & Princeps Fuldensis dum Religioni Catho-

licæ toto corde consultum cupit, & disciplinam Monasticam promotam, infinitas calumnias injuriasque trifilsumque ac diuturnum exilium, juxta capivitatis indignissimæ, imo mortis pericula generofiſſimo animo, omnia patientiſſimè tolerata, hoc denique anno miserante Deo ipso tandem viri parientiari, Zelum Fidei, & admirabilem constantiam, Sedi suæ, inexplicabili Catholicorum plausu redditur, & jussu Rudolphi II. Cæſaris, & Fuldam &c in ditionem suam solemniter introducitur, qua sententia latæ fama magni ex Germania proceres, imo ex Italia & Urbe Roma Cardinales, atque adeo ipſe Pontifex, honorem ac reducem felicitatem Balthasari gratulati sunt. Pontificis litteras merita viri subindicantes inserere vim est.

C L E M E N T S P A P A VIII.

Dilecte Fili, Saluem & Apollonicam Benedictionem, Ex letteris Dilectionis Tue extremo Augusto mense datis, tum etiam ex Cesares Decrees exemplo, quod illis adjanetum erat, abunde cognovimus, quid actum, quidue definitum sit, in ea causa quam in Aula Cesarea Consilisque illis agitabas. Nos autem, qui, licet immemori & indigent, illius vices in terris gerimus, qui diligit Justitiam, & Justitia & Judicium correcit Sedis ejus, sane semper & ubique voluntatem capimus, ut suis Iustitia locus tribunatur. Te vero, fili, paternè in Domino amamus; & quem piam Zelum ostendis cura Pastoralis sedulo exercende, Fidei Catholicæ propagande, & denique animas Christo, ejus adjutrice gratia, lucrandi, valde certè commendamus. Idque tibi feliciter evenire in Domino optimus, Tibique interea nostram Apostolicam Benedictionem benignè imperimus. Datum Rome apud SS. Apostolos sub anno Piscatoris die XII. Octobr. Pontif. nostri anno XI. Atque hæc summi Pastoris vox, non rurdis auribus à Balthasare excepta, vel segni studio præterita, territantibus licet, & fremebantibus etiam Dynastis, qui antiquos mores, canamque Majorum fidem, hic revirescere solebant, Præfule nostro non minore quam antea sollicitudine, & majore nunc auctoritate, rei Catholicæ consulente, & impia dogmata profligante. Ex Annal. Ful. Christ. Brewer, &c.

Pro-

B E N E D I T C U S

V. Raphael Sarmientus Prodigium sui ævi claret P. F. Raphael Sarmientus noster, Hortensis, sacrae Familiae nostræ Cistercienfis Monachus, ea dicendi gratia & copia locuples, ut si eum cæteris conferre vellet (ait Henriquez) parem vix aliquem invenire, majorem neminem posset. Celebrantur & alij ejusdem Monasterij Religiosi, qui utriusque Regni Castellæ & Galletiæ Scholas, sua doctrina mirè illustrarunt, & magno discipulorum concurso Theologiam & Philosophiam docuerunt; alij Verbi Dei disertissimi Concionatores, Regiam Urbem, cæterasque illius Provinciae civitates, stupore & admiratione repleverunt. *Ang. Manrique, Chrysost. Henrig.*, &c.

Caverelli Caverellij nostri, Vedastini Abbatis major indies ex magistris meritis gloria; neque ab administrata solum prudenter utiliterque functione Abbatialis officij & in studiofis, Patres Societatis Jesu, alioſque novos Ordines, summa liberalitatis fama, sed ob magnum ex litteris & commendaris scripto proprij ingenij lucubrationibus, partum decus: cuius floridum stylum in primis celebrat Ferreolus Locrius, & se non pauca pro Chronicō suo mutuasse fatur.

In Monasterio S. Dionysij Hannoveræ extinguitur hoc anno, ingenti sui reliquo desiderio Petrus Rollier, exilius Lætiensis sive Bloisiensis Reformationis promotor, qui Bloisij, & Antecessoris sui Francisci Debehat sancta sequutus strenue exempla, suos omni modo lucrari & ad perfectiora concitare studuit, & celebre ob hoc ipsum fama Cœnobium reddidit, ac vicina paribus studijs accedit. Celebratur in monumentis ejusdem Cœnobij *Verus Pauperum Pater*, qui famis tempore, non liberalem se solum sed penè prodigum exhibuerit. *Ex cit. monim.*

*IESU CHRISTI ANNUS M. DC. III.
Sancti Patris Benedicti. M. C. XXIII.*

F. Bernardus Lubensis Mon. **P**OLONIAE sub rigidissimo cœlo frigus, memorabili ferventissimæ charitatis, & devotionis exemplo, ex multorum cordibus ejicit, Venerabilis Vir F. Bernardus noster Fideccensis, celebris Monasterij Lubensis Monachus. Is in oppido Frideck natus, cum Posnaniæ operam studijs littera-

rum navaret, & die Parasceveos, ex suburbio ad concionem, in Urbe ex more de Passione Dominica, habendam, singulari accusus devotionis studio properaret, clausas autem Urbis portas offendere, moxque in lachrymas resolutus, seipsum accusaret, quod non pridie urbem intrasset: magno prodigio, sibi repente apertas portas deprehendit, & à tergore, nemine mortalium, interveniente denuo reclusas. Intravit autem, dirigente Deo in Monasterium nostrum Lubinense, ubi religiosissime vivens Presbyter ordinatus, sacra omnia cum lachrymis copiosis peragere est solitus. Scamnum pro lectulo habuit, modicoque usus somno, totum noctis reliquum tempus, vigilijs & sacris precibus dedit. Novitiorum creatus Magister, exemplo magis quam verbo omnes miri lucratus, sacro fervore utilissime ascendit. Nec diu superfluit, cœlo maturus. Sub agonem supremum Sancti Martini Turonensis exemplo, comparere auctum malignum genium, generose increpans, & lese fratrum commendans precibus, accepta à Priore Monasterij Generali absolutione, placide os componens, & claudens lumen quietissime obdormivit in Domino, hoc ipso anno 1603, i. Junij, è cuius tumulo odor cœlestis fragrantissimus continuo exspirat, & ipse Beatus, Fratribus loci illius, cerebris singulare claritate circumamictus, in somnis videndum sè præbuit. Sed & litteræ à vivente scriptæ, ægrotantibus duabus applicatae valetudinem optatam quamprimum restituere. *Ex vita p. Andream Fredeccensem & Matthia Ubiszawskym*, &c.

Memoranda singulis annis esset sanctissima Fuliensis Congregationis nostra gloria & percrebescens à sanctitate fama celebranda; quod conati Carolus à S. MARIA, & familiarissimus nobis R. P. Philippus Malabayla, vix obiter paucula ex innumeris delibaveret; cum ipsa sanctissima Congregatio, & quisque Sanctorum illius, celebrari metuens, Divinos sibi exhibitos favores, tanta solertia dissimularent & tegerent, quantâ filij hujus faculi, suas celebrari laudes industrâ propalarent. Prodidit nonnullos ipsa innocentissima simplicitas, uti hoc ipso